



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Bruno Conf. 6. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

lapsa cælo in silvas lux & cervas inter crucem cornu præferens cervus signavit. Eo igitur in loco Deo & virginibus sacris domicilium , sibi tumulum struxit : cui cùm mortuus inferendus esset, ecce magna VIRGINE volente , tam diu vitæ restitutus est, dum res templi & cœnobii compонeret. Multò pòst apertus suâ sponte tumulus cymbalum ostendit , quo divus in sacris Minister uti solitus erat. Hoc deinceps, quoties virgo ex asceterio moritura erat, sonitu suo mortis insidias detexit. Ipse Divus bis visus in somnis , bis è virtorum veterno excitare clientem, qui à cubiculis illi fuerat , laboravit. Sed ille in utramque aurem dormivit. Ergo tertium adest , & multis objurgans , quòd mortis æternæ reus dormiret tam altum, visionis non vanæ argumenta vaticinatur. Hic demum experrectus alter , & barbam sibi evulsam sentiens, credere monenti, resipiscere, ad templum MEINVLPHI properare : & cùm illic rufis antè, & nec primis literis tinctus, subito Latinę linguæ peritiam accepisset, aræ ministris vel ideo se facilius sociare, quòd attonsus jam à somno esset. Ex Surio.

Cur non consideras, quia mundus in fine est? omnia urgentur; quotidie ad reddendas rationes aeterno & tremendo Iudici ducimur; quid ergo aliud nisi de adveniu illius cogitare debemus? qui siue nolentes, siue volentes, per momenta, quotidie ad finem tendimus. S.Gregor. in Regist.1.6.

S. BRUNO CONF. 6.Octobris.

Quo tempore D.BRUNO Lutetiæ Parisiorum ingenium bonis artibus excoluit, vir è vitâ excessit princeps inter literatos, qui que virtutis existima-

5.Octob.
crucem
in loco
tumu-
s esset,
æ resti-
mpone-
s cym-
ster uti
x ascen-
ias de-
vitio-
ulis illi
aurem
objur-
et tam
inatur.
m sibi
ere, ad
lic ru-
Latinę
I idē
omno

omnia
et tre-
dveniu
olentes,
regor.

6.Octob. VITÆ SANCTORVM. 489
existimationem longè maximam post se reliquit.
Sed eheu ! quantum aberratis mali judices homi-
num oculi ! Dūm justa persolvuntur, ad illam ca-
nentis vocem : *Responde mihi, ecce tibi è capulo se*
defunctus tollit, & cum gemitu, Iusto, inquit, Dei
judicio accusatus sum; mox postridie, Iusto, exclam-
at, Dei judicio judicatus sum; demū tertio die
tertium è feretro fulmen auditur, Iusto Dei judicio
condemnatus sum. Enim verò plus quam tragica hęc
catastrophe omnes movit; at BRVNONEM cō per-
movit, ut non modò umbram hanc hominis, sed
ipsoſ etiam homines fugeret. Atque hinc illa san-
tissimi viri & omnium, qui ducein hunc se-
quuntur, frequens in silvas fuga, hinc illud in
omnibus lugubre silentium, ille pallidus in vultu
color, ut interfuisse tristi spectaculo in BRVNONE
omnes posteros credas. Sed benè morum candi-
dissimorum cygni hominęs fugiunt cum Superis
acturi: benè nunc tacent, cantaturi tunc, cùm fle-
bunt alii morituri. Jam ipsa Dei Mater æternam il-
lis tutelam adpromisit, si illi, quod diurnum VIR-
GINIS officium dicimus, quotidiè persolvant.
Pulchra profectò conditio, & quam meritò am-
biant tam pulchrè candidati. Quid illud, quòd
Numen fugam è mundo BRVNONIS sociorumq;
sex, totidem S.Hugoni stellis significavit? Nempe,
numerum stellarum augent, quotquot ad BRV-
NONIS partes accedunt. Ex Surio.

In omnibus rebus respice finem, & qualiter ante
districtum stabis Iudicem, cui nihil est occultum, qui
muneribus non placatur, nec excusationes recipit, sed
quod iustum est judicabit. Thom. de Kemp. lib.i,
de Imitat. Christi.